



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

vers. 1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

IN CAPVT VICESIMVM QVARTVM

ARGVMENTVM.

STENS o templi robore, & magnificentiâ, eius ac gentis ruinam, totiusque mundi interitum prædicit: & signa præcedentia commemorat, bellum, famem, pestem; terræ motus, persecutionem, Euangelii toto mundo prædicationem. Deinde quæ proxima futura sunt extremo iudicio, obscurationem Solis, & Lunæ, adeoque adventum filii hominis; à sicu parabolam sumere monet, quæ signa præbet ætatis. Diem illum ignotum esse asserit, & incautos ac securos oppressurum, vt factum est diluuii tempore. Idco paratos stare omnes iubet, idq; exemplo serui fidelis, & improbi exponit.

Syriaca Ecclesia versus 36. legit ad vesperam Festo S. Crucis. Hoc est enim *ܙܠܝܒܐ Zeli- ba*. Nam de Cruce & persecutionibus sustinendis agitur, & vtro versu 36. dicitur signum Filii hominis in cælo appariturum.

A versu 36. ad 45. est lectio defunctorum. Inde ad finem est lectio dominicæ sacerdotum, quæ & in Latinâ Ecclesiâ legitur diebus Festis confessorum Pontificum.

VERSVS 1.

Egressus Iesus de templo, ibat. Et accesserunt discipuli eius, vt ostenderent ei adificationes templi.

QVÆSTIO I.

Cur nunc templi structuram ostendunt?

§. 1. Cvm præcedentibus historiam continuari; ex Marc. 13. Luc. 21. manifestum est. Egresso igitur Domino, quod docendo fatigatus esset, & iam requiem aliquam natura postularer, accedunt discipulorum tres, & ostendunt, *ostendunt* substructiones templi: imo lapidum mirantur magnitudinem, vti pla apud Lucam *ܙܝܡܐܝܐ*. Idque in ipso itinere: In Græco est nonnulla differentia verborum, sine vlla iurata sententia; quædam habent *ܕܡܢ ܕܝܢܐ ܕܡܢ ܕܝܢܐ*, alia exemplaria verbum præponunt. Syrus eodem modo; sed paulum mutata constructione *ܕܡܢ ܕܝܢܐ* Lemizal; addendum. Nunc causæ peculiare interrogandi fuerunt: Non quidem ipsa magnificentia templi, licet lapides essent longi quindenos, lati duodenos pedes, omnia inaurata & ornata, vt nihil quod oculos dele- care possit, deesse videretur, dena enim millia artificum peritissimorum vt Ioseph. 1. 6. c. 6. Belli Iudaici tradit odo solidos annos in eo elaborarunt. Non erat illa causa; milles enim templum spectarunt. Multo minus mirati sunt lapidum congeriem, aut, vt Caluinus suspicatur, leuitate à seriis cogitationibus abducti sunt, vt illos Zwinglius criminatur. Verum cum à Domino audissent: *Relinquetur vobis domus vestra deserta*; commiseratione quadam commouebantur, cum domum Dei deserendam, ac proinde urbem ex- standam cognoscerent. Non est amor ille patriæ, sed diuini honoris zelus in villo culpandus: Nam si non forsitan maleuola suspicio hæreticorum illis obie- care molliem, nunc ad exitum patrii templi, atque aditum eos ingemiscere, & cum dolore Domino ostendere, nulla culpa est. Duri & asperius esset sicis o- culis ista intueri. Cicero doliturum se profiteretur, si vel post dena annorum millia sciret barbaram aliquam gentem Româ posituram, & non liceret de sanctifica- tione Domini profanata dolere Apostolis? Audiendi igitur potius Hilarius, qui non ambitione templi meros Apostolos, sed charitate gentis suæ, ostendisse sanctuarium docet. Equidem si Davidis lachrymas intramur, quod ab inimicis suis exulare coactus, factis

patriis careret, cur non similis dolor in Apostolis lau- dabilis est?

§. 2. Quæret tamen operæ precium est; cur Se- Hæretici in-
ctari nodum in scirpo quærant; & tantopere labo- Apostolos
rent, vt discipulorum factum condemnent? Equidem
fa. ille ex eorū scriptis Satanæ ingeniu se prædit. Zwin-
glius eos, leues, carnales, infirmos, osecrantes esse ait.
Bullingerus Zwinglii successor, duas causas adducit,
vel quod v. bem excindendam audissent, vel quod
pro imbecillitate, vanitate, & stultitiâ humani inge-
nii plus admirati terrena quam cœlestia, pueriliter de-
siperent. Caluinus oculos templi fulgore præstictos
fuisse ait, vt lapidum congeriem Domino obiectarent.

[Non secus atque hodie multos reperire licet, qui
vehementius ad splendorem, & luxum illum templo-
rum Papisticum commouentur, quam vniâ verbi Dei
prædicatione, Et Caluinus. Talis etiam Papatus admi-
ratio multos simplices hodie detinet, cum maximis o-
pibus, ingentique potentiâ instructum videant, proti-
nus obstupescant.]

Hinc illa conuitia in Apostolos, quia inuictum Ca-
tholicorum simplicium argumenta dissoluere ne-
queunt, nisi discipulis Domini maledicant. Vident
in Ecclesia Catholica vetusta templa; altaria, calices, *Nostri tem-
pla heretici
cos consu-
tant.*
earū auctores, & exstructores Pontifices, Reges, Res-
publicas, imo confessores & Martyres, norunt in illis
ritum, & doctrinam à sua diuersam fuisse, nullum to-
to orbe sacellum fuisse, quod Caluinismum reciperet,
hinc templa nostra tanquam suæ nouitatis indicia è
medio sublata percipiunt. Nam vnde tu veteri adi-
nouam doctrinam infer? nonne ipsa clamant tem-
pla nostram esse possessionem religionis? Spiritum
esse, quod aduentitium est? Cur possessionem eripe-
re tentatis? vestra vos conscientia condemnat, & spo-
lii conuincit. Hanc ergo rationem cum orthodoxi
tanquam auiti fundi possessionem tueantur, & cum
Pseudoprophetae consurgunt, & tradere templa sibi
nostra postulant, eos inter se committant, vt mutuo
consensu statuunt, cui se diuincula ex tot competi-
tibus se ætis ea cedenda sint. De templo vide Origenem
Chrysost. Hilarium, Iosephum loco citato, & lib. 15. c.
14. antiq. Multa etiam Ribera noster, & deinde Bar-
radius eruditissime collegerunt.

VERSVS 2.

*Ipse autem respondens dixit illis: Vi-
detis hac omnia? Amen dico vobis,
non reliquetur hic lapis super lapi-
dem, qui non destruat.*

Oo 1

Qvæ-

Adami Conzen in Ennig. Tom. I.